

Wie kam nun Bischof Gundekar dazu, gerade diese 12 Seligen als Patrone auszuwählen? Schon Bischof Erchambold trug sich um das Jahr 889 mit dem Plane, an Stelle der vom hl. Willibald erbauten kleinen Kloster- und Domkirche eine grossartige Cathedrale zu bauen. Er sammelte bereits einen Baufond, d. h. liess sich von König Arnulf ein umfangreiches Stück Land schenken, um von den Einkünften die Baukosten zu bestreiten.¹⁾ Sein Plan gelangte nicht zur Ausführung. Aber bei dieser Gelegenheit erfahren wir die älteste Reihe der Diöcesanpatrone: Bonifatius, Willibald, Wunibald, Sola.²⁾ — Gundekar stellte 12 Patrone zusammen, offenbar in Erinnerung an die hl. 12 Apostel. Er machte viele Visitationsreisen in seiner Diöcese und schenkte dabei namentlich der Liturgie seine Aufmerksamkeit; verzeichnet er doch selbst in seinem Pontificalbuche die Weihe von 126 Altären, also fast von ebenso viel Kirchen oder Kapellen. Das macht es begreiflich, dass er in manchen Stiftern seines Sprengels Heilige kennen lernte, die an anderen Orten nicht verehrt wurden. Sein edler Sinn gab ihm dann ein, eine Gruppe von 12 Diöcesanpatronen zusammenzustellen, und darein nicht bloss solche Heilige aufzunehmen, die selbst als Glaubensboten im Eichstätter Bisthume gewirkt hatten, sondern auch Patrone von Missionsstationen, wo wenigstens Schützlinge jener Heiligen um die Diöcese Eichstatt sich verdient machten. Das führt uns zu einer kurzen Betrachtung der ältesten Missionen im Eichstätter Bisthum.

(Fortsetzung folgt im nächsten Heft.)

Scholae Benedictinae

sive

De Scientiis opera Monachorum Ordinis S. Benedicti auctis, excultis, propagatis et conservatis Libri Quatuor

a Domino Odone Cambier Monacho Affligeniensis Monasterii
Ordinis ejusd. S. Benedicti.

(Fortsetzung zu Heft IV. 1896, S. 601—609.)

III. Caput . . . Praeses Monachorum studentium in Universitate.

Monachos et Collegia in Academiis vidimus: sed haec scelata sunt rectore destituta, illos libertas et otium perdere potest, nisi sub oculis et correctione sapientis moderatoris agant. Datus igitur illis Praeses, quem Priorem studentium Pontifex et alii nominaverunt. De cuius institutione, potestate, et aliis animi corporisque dotibus

Praeses
Studentium
creari
iubetur.

¹⁾ *Lefflad*, Regesten der Bischöfe von Eichstatt n. 43 zum Jahre 889.

²⁾ *Herb*, der Dom von Eichstatt, S. 6.

sic Bulla¹⁾): Praecavere volentes, ac etiam providere dictis Scholaribus in studiis morantibus et etiam moraturis, eo quod absint ab eorum Coenobiis, regularis non desit salubre gubernaculum disciplinae: Ordinamus et volumus quod Capitulis Provinciarum, in quibus erunt huiusmodi studia, Praesidentes, unum Abbatem, vel Priorem ipsius Ordinis, cuilibet ipsorum studiorum vicinum, et quem quoties eis placuerit ponere valeat et mutare, ordinent et assignent: qui Abbas vel Prior ex dictis studentibus unum inibi Monachorum Priorem studentium deputet, per unum annum tantum duraturum. Quem quidem Priorem dicti etiam Praesidentes ipsi mutare valeant, quotiens videbitur expedire. Huius decreti virtute constituti mox sunt Priores Studentium potissimum in Oxoniensi et Cantabrigiensi Academiis, et imperatum ut auctoritate et potestate sibi collata uterentur, et sedulo diligenterque studiosorum disciplinam accurarent.

Qualis esse
debeat. Sed videamus, qualis ex mente Pontificis Prior esse debuerit; requirit enim ut sit potens in opere ac sermone, per directionem verbi, et ducatum exempli.

Quia fratres suos exemplo vitae verboque doctrinae erudire debet in bono, et a malo etiam revocare, ut exponit Boerius. Auctoritatem et potestatem eiusdem Prioris sic describit Pontifex: Eosdem Monachos studentes convocet ad locum aliquem competentem, illisque quoad regularem praesideat disciplinam, et potestatem habeat illos corrigendi, puniendi et absolvendi, et cum eis dispensandi (quamdiu in ipsis studiis moram traxerint) ab omnibus, a quibus et super quibus, et prout posset Abbas, vel alius Praelatus eorum proprius, in monasterio, vel alio loco, unde Coenobitae, seu claustrales existunt, ipsosque informandi et instruendi, ac tenendi sub regularibus disciplinis, et illos etiam coercendi, ne vagentur, vel actibus seu operibus vacent illicitis; sed studeant, et proficiant, sicut decet, vivantque laudabiliter et honeste.

Praesidis
facultates Concedimus quoque dicto Priori plenariam potestatem dictos Monachos studentes, quamdiu in ipsis studiis fuerint, ab excommunicationum et suspensionis sententiis dumtaxat quae contra studentes, in locis ubi erunt dicta studia generaliter ex causis minoribus prolatae, vel per statuta sui Ordinis, aut ecclesiae, seu loci eius unde Coenobitae sunt, inflictas fuerint: a quibus Abbas, vel Praelatus eorum proprius ipsos de iure vel permissione suae Regulae absolvere potuisset, congrua satisfactione praemissa, iuxta praefatam formam ecclesiae absolvendi: et cum eis super irregularitate, quam ex causis huiusmodi sic ligati celebrando divina, seu illis se alias immiscendo incurrerant, dispensandi. Haec de potestate Praesidis, quam Angliae

¹⁾ Bened. c. 8.

Abbates in Provincialibus Capitulis ampliandum potius quam restringendum iudicarunt. Sed illud prudenter a Pontifice adiectum: Et quando eorundem studentium demerita seu conditio suaserit eos a studio revocari, Prior ipse teneatur id (consulte tamen, caute et sollicite) Antistiti, Abbati, vel alii Praelato eorum proprio per suas litteras intimare. Idemque Antistes, Abbas, seu Praelatus proprius eos revocare debeat, et in locum eorum totidem Monachos subrogare, appellatione, contradictione, vel reclamatione reiectis. Ita quidem in Prioris arbitrio quasi positi scholares dum revocari, et remitti ad Monasterium metuunt, diligentiae et officii sui ad-monebantur.

Neque defuit Optimus Pontifex iis, qui virtutem et eruditionem suam Priori probassent, nam audi quid alio loco statuerit: Ubi autem erit aliquis de ipsis studentibus, qui sit vitae laudabilis, aliasque idoneus et discretus, et ad Baccalaureatum, vel Magisterium dispositus vel propinquus, idem Prior dictorum studentium, cum consilio aliquorum proborum studentium scribat praesidentibus, ut Praelato ipsius proprio mandent, et ordinent cum eodem, quod talem non revocet; sed eum in scientia proficere, et ad statum Baccalaureatus et honorem Magisterii pervenire, lecturamque continuare permittat, ac ipsum et alios similes, quos iam in scientia laudabiliter proficere cognoverit, dignis attollat honoribus, et promotionibus efferat opportunis. Haec ibi Pontifex, quae pronis auribus accepta, stimulus haud dubium animosque studiosis dederunt, dum labores suos amplissimis praemiis remunerandos praeviderent. Sed hos honorum gradus ad alium locum rectius retulero.

Scholares
digniores
honoribus
dantur

Nunc Priorum seu Praesidum nostrorum munus aliud honorificum quidem, sed molestum et invidiae cavillationique fortassis obnoxium proferamus. Verba Pontificis sunt: Studentium Prioribus in virtute obedientiae districtè praecipimus, ut omni favore, gratia, odio, et personarum acceptione semotis, ex puritate conscientiarum suarum, secundum quod Deo magis placere, et huiusmodi Ordini expedire crediderint, in his quae circa ipsos studentes in Ordinationibus nostris salubriter statuuntur, sint solliciti et attenti: et quod si forsan per Antistites ecclesiarum Cathedralium, Monachalium, Abbates, Priores et Administratores alios Monasteriorum et aliorum locorum ipsius Ordinis, eorumque capitula et conventus illa quae de Scholaribus mittendis ad studia, et pensionibus aliis quae praemittuntur, invenerint non completa; plenam de ipsis relationem faciant in capitulis provincialibus cuiuscumque provinciae, qualiterque in ipsis sequentibus capitulis ea ordinari et compleri omnia debeant, vel quae minus considerate ordinata fuerint, corrigantur, aut ut bona etiam in meliora mutantur, prout

Studen-
tium Prae-
sides in
Capitulis
Provincia-
libus.

haec vel alias ex successione temporum, ac probatione factorum poterunt apparere. Hactenus Constitutio Pontificis. Neque segniter imperata fecere Priores, quod ex Capitulis provincialibus Angliae compertum habeo, in quibus Priores isti tanquam actores exaggeratis queremoniis Praelatos negligentiae accusant. Exemplo sit Synodus anno M.CCCC.VI. celebrata, cuius acta secundi diei sic habent: Prior¹⁾ Studentium quandam querelam proposuit de Praelatis infrascriptis, negligentibus in destinando scholares suos ad studium generale. In primis quod Abbas de S. Augustino non exhibuit nisi duos scholares per unum annum, qui solebat exhibere quatuor. Item Abbas de Tavestoke non habuit scholarẽm per duos annos, qui solebat habere unum; et sic de aliis. Nec frustra. Nam sequenti die multati fuerunt Praelati non mittentes suos scholares ad studia generalia, declaratumque ipsos esse contumaces, et negligentes, et remissos, et propter contumaciam, negligentiam et remissionem incidisse in poenam per Constitutiones editam in hac parte.

De Prae-
sidis sti-
pendio. Ceterum et ipsi Priori suum stipendium a studiosis suo tempore dependendum assignavit Pontifex, voluitque adeo censuris ecclesiasticis eos ad solutionem cogi, hoc statuto: Ordinamus etiam, quod Monachi Parisiensi studio insistentes, ipsi Priori studentium ultra suam pensionem de viginti quinque librarum turonensium parvorum annuatim, alii vero cuiuslibet studiorum aliorum, si tamen in eos sexaginta Monachi vel supra studentes fuerint, de viginti libris: si vero pauciores numero sexagesimo exstiterint, quilibet eorum de quinque solidis ipsius monetae, seu alterius de aequivalenti summa dumtaxat per contributionem communem de dictis pensionibus ipsorum inibi studentium annis singulis faciendam providere procurent: dictosque Monachos studentes ad contributionem ipsam faciendam, et solvendam eandem iam dicto Priori praefatus Prior per censuram ecclesiasticam, et alia ipsius Ordinis seu religionis remedia possit eadem autoritate Apostolica (remoto appellationis diffugio) coartare.

IV. Caput . . . Monachorum in Academiis studentium leges et exercitationes.

Benedic-
tinae Con-
stitutioni
varia ad-
duntur. Leges nullas exserte Pontifex Monachis dum in Academiis agerent, dedit, verum ex eius dictis, et facultate, quam Capitulis Provincialibus eas condendi fecit, pleraeque exsculptae, et utiliter cohibendis aut puniendis Scholarium erratis adhibitae ac promulgatae. Angliae Coenobiarchas haec potissimum cura celebres posteris

¹⁾ Script. 73. p. 187.

fecit. Referam ex appendice Apostolatus Benedictinorum in Anglia, quid in variis Capitulis ad Benedicti XII. constitutiones adiecerint, ex quibus legum scholasticarum syllabus aliquis parvo negotio concinnari possit.¹⁾

Primo, statuimus, inquit, quod nullus nostrae Religionis et nostri Capituli incipiet in Oxonia, vel in Cantabrigia, in sacra Theologia vel in Jure Canonico, nisi sub Doctore eiusdem Religionis, et eiusdem facultatis.

Oxoniae et
Cantabrigiae

Secundo, volumus etiam, et ordinamus, quod Prior Studentium, in quantum potest, non permittat, ut unus Monachus inter saeculares in studio moram trahat.

Tertio, cum deceat, ut qui sunt in literis eruditi, sint in contemplatione assidui, ordinamus, quod studentes nostri Ordinis in Oxoniis conveniant in Capellam in diebus solemnibus et Dominicalibus et aliis festivis, ad divinum servitium decantandum sub poena ex arbitrio Prioris studentium taxanda, de cuius statuti executione ipsius conscientiam oneramus.

Quarto, statuimus etiam, ut nostri Oxonienses studentes, iuxta dispositionem Prioris, et saniorum studentium, in loco nostro communi Oxoniensi, vel alibi, ubi ipse, et seniores decreverint, frequenter tam in lingua latina praedicent, quam vulgari: ut sic audacius promptiusque perficiant, cum eos ad sua Monasteria contigerit, revocari; frequenter praedicare volumus, ad minus quater in anno, in utraque lingua, latina videlicet et vulgari.

Quinto, viam litis praecludere cupientes, ac scandalis obviare, praesenti statuto specialiter prohibemus, ne studentes nostri Ordinis inter se quacumque causa coram Cancellario, aliove iudice saeculari placitent, seu disceptent: nec quispiam eorum alium coram eis conveniat quovis modo. Sed si, quod absit, inter aliquos eorum litis materia futuris temporibus oriatur, ipsa quatenus possibile fuerit, per Priorem, et quatuor vel quinque Seniores ipsorum studentium sopiatur, et si per eos tolli non possit, ipsa materia praesidentibus intimetur, qui Praesidentes, quidquid inter eos male fuerit attentatum, id debito more corrigant, aut reforment.

Sexto, districte iungendo praecipimus, ne quis studentium nostri Ordinis in Universitatibus Oxoniae, et Cantabrigiae, praesumat in posterum quomodolibet ullicubi pernoctare, nisi Priori studentium insinuet in speciali ad quem principaliter divertere se intendit, cum licentia sit obtenta.

Septimo, ordinamus et districte volumus, quod nostri studentes in Oxonia et Cantabrigia rarius frequentent tabernas, quam hactenus consueverint: et ad supervidendum, volumus, ut Prior studentium semper habeat oculum specialem.

¹⁾ Append. Script. 63. pag. 135.

Hactenus leges aliquae, in Anglia studiosis datae, nam multo plures fuisse argumento est, quod praedicti Abbates citent et remittant ad statuta tempore Magistri Joannis Wheathamstead, tunc studentium Prioris edita de omnibus studentes sufficienter concernentibus.

In collegio
Cluniacensi.
At vero in Galliis Henricus I. Abbas Cluniacensis XXIX, qui trecentis quadraginta abhinc annis floruit, inter alia quae collegii Cluniacensis alumnis Lutetiae Parisiorum siti praescripsit, etiam disciplinae regulari, et morum integritati servandae haec praecepta condidit.¹⁾

Quia anima sedendo et quiescendo efficitur prudens, statui-
mus, quod dicti studentes horis opportunis et consuetis ad stu-
dendum, sint, et sedeant solitarii in cellis et studiis eorundem,
pro fructu studii et doctrinae efficacius acquirendae, in claustro,
aliisque locis, dictis horis colloquia quaecumque, et collationes
verborum ad invicem praecipue taliter prolatorum, quae studentes
impedire seu turbare valeant, evitando.

Interdicimus eisdem omnino civitatis Parisiensis frequentiam,
vagosque discursus per eandem, prosecutiones causarum quarum-
cumque.

Nullus in civitate comedat, nisi cum personis Ordinis nostri,
et cum venerabilibus personis studii, et tunc de licentia Superioris
obtentata.

Nullus extra domum, nisi pro lectionibus et sermonibus
audiendis, horis determinatis, et sine licentia vadat, Baccalaureis
dumtaxat exceptis. Quando autem oportebit aliquos per civitatem
ire pro aliquibus agendis, bini tunc socii simul, honeste et mature
incedant, et iuveni habenti agere in civitate, socius maturus iun-
gatur eidem.

Nemo dictorum studentium extra domum pernoctare prae-
sumat, sine notitia et licentia superioris, ad cuius licentiae con-
cessionem evidens necessitas ipsius superioris conscientiam inducat.

Utiles profecto, et quantivis pretii leges, quibus si stas
Orationis mentalis, et aliorum exercitiorum horas adiacere lubet,
nihil erit, quod ad rectam Coenobitarum in Academiis degentium
disciplinam et institutionem magnopere desideres.

Sed neque minoris fecerim, quae de eorundem
exercitationibus tam ipse Henricus Cluniacensis Antistes,
quam Angliae Praelati in Capitulis suis praescripserunt.
Versantur illae potissimum circa Disputationes, Repeti-
tiones et Declamationes. De primis ita Henricus Abbas: ²⁾
Propter exercitium collationis et disputationis fructum,

Studen-
tium exer-
citations:

¹⁾ Biblioth. Clun. pag. 1582. — ²⁾ Ibidem.

(melius enim est conferre quam legere, quia quod ob-
 scurum est aut dubium, citius declaratur, et percipitur
 conferendo) statuimus, quod semel in Hebdomada, si
 fieri possit, vel saltem in quindena semel, horis certis per Priorem
 et superiorem determinandis Disputationes quaestionum logicalium,
 Philosophiae et Theologiae alternatim sint inter fratres studentes;
 in quibus Disputationibus et collationibus notificandis opportune
 per aliquem studentium, verbis contentiosis et indecentibus pro-
 pulsatis, veritas amicabiliter inquiratur. Sic ille. Anglicani Patres
 crebriores indicunt disputationes, earumque finem et fructum sic
 declarant: ¹⁾ Ut tam studentes in Philosophia nostri Ordinis, quam
 studentes in Theologia, nec non qui de Monasteriis ad studium
 transmittuntur, ut in Theologia apicem magistralem ascendant, ac
 gradum Baccalaureatus attingant; sed et ut ibidem addiscant alii
 debite proponere Verbum Dei, in disputando et praedicando ha-
 biliore efficiantur, ac etiam promptiores: Statuimus, ut studentes
 in facultatibus memoratis, bis de ipsis, semel videlicet de Theo-
 logia, et semel de Philosophia, disputent singulis septimanis,
 exceptis tamen vacationibus; nisi Prior studentium viderit
 ipsos sufficere in vacatione seu vacationibus disputare. Neque
 ex charta aut scripto fas erat argumenta proponere aut dissolvere,
 sed memoriter. Iterum Angliae Abbates id dicernunt: ²⁾ In eorum
 Disputationibus, Problematis, et Quaestionibus, secundum quod
 hactenus est consuetum, memoriter se disponant.

Disputa-
 tiones

De Repetitionibus vero, quarum usus cum primis Repetitiones
 necessarius censetur, ita Henricus Cluniacensis decerne-
 bat: ³⁾ Ut dicti studentes ad repetendum studiosius lectiones auditas
 excitentur; statuimus quod hora potationis serotinae, quae apud eos
 collatio nuncupatur ad quam horam omnes convenire praecipimus,
 Praesidens in Conventu, vel deputandus per Priorem, de lectionibus
 singulorum studentium singulis diebus petat. Hactenus ille. In-
 credibile dictu, quantum momenti in huiusmodi repetitionibus
 eruditi scholarum moderatores semper posuerint. Idque etiam in
 humaniorum literarum curriculo locum habere nullus dubito.

Proxime illis sunt Declamationes, quas variis ex Et Decla-
 causis haberi voluit Henricus Abbas Cluniacensis, cuius mationes.
 verba subiicio: Ad habendum experimentum qualiter
 proficiant studentes, et ad exercitationem ingenii et intellectus
 eorundem, statuimus, quod omnes et singuli Bibliam audientes,
 postquam biennii spatio eam audierint, sermones et collationes
 secundum ordinem faciant diebus et temporibus hactenus con-
 suetis. Propter vero bonum provisionis et studii debiti in sermo-

¹⁾ Script. 75. pag. 199. — ²⁾ Ibid. 63 pag. 135. — ³⁾ Biblioth. Cluniac.
 pg. 1581.

nibus et collationibus huiusmodi faciendis, Prior vel Subprior dictae domus nostrae rogando, aut si opus fuerit, praecipiendo et iniungendo praedicare debentes excitent et exhortentur per quindecim dies ante. Recusantes autem vel inobedientes, in opere tam salubri, per Superiores loci in Capitulo, vel alibi regulariter puniantur. Et quia fabricando fabri finus, redditque ut facit usus hominem ad quaelibet promptiorem, ordinantes statuimus, quod post Pascha de quindena in quindenam fratres et studentes in Gallico praedicent, ut in huiusmodi usu et opere exercitati, possint per ordinem et alibi promptius in Gallico proponere Verbum Dei. Ita Henricus. Idem praescribunt scholaribus suis Abbates Anglicani, decreto quod inter leges studentium retuli. De his autem,¹⁾ pergunt, qui ad Universitatem non ob aliam causam mittuntur, nisi ut ibidem addiscant aliis rite proponere Verbum Dei, statuimus ut illi iuxta dispositionem Prioris, et saniorum studentium, in loco nostro communi Oxoniae, vel alibi, ubi Prior ipse et saniores decreverint, frequenter tam in lingua latina praedicent, quam vulgari; ut sic audacius promptiusque proficiant, cum eos ad sua Monasteria contigerit revocari.

(Continuatur in fase. seq.)

Das ehemalige Benedictinerstift Scharnitz-Innichen in Tirol.²⁾

Von P. Vincenz Gasser. O. S. B., Gries.

Scharnitz, eine öde, wilde Gegend, von steilen, meistens kahlen und schaurigen felsigen Gebirgen umgeben, gegenwärtig zwischen Tirol und Baiern,³⁾ war schon den Römern als strategisch wichtiger Punkt bekannt und ward von ihnen befestiget. An Scharnitz vorbei führte eine römische Militärstrasse von Wilten (Veldidena) nach Augsburg (Aug. Vindel.). In dieser einsamen

¹⁾ Script. 75. pag. 199.

²⁾ Die Geschichte von Scharnitz ist ausser von Meichelbeck in der »Historia Frisingensis«, von Ludwig Rapp in der Beschreibung der Diöcese Brixen, Bd. III. S. 135—139, die von Innichen von Meichelbeck in der »Hist. Frisingensis«, von Resch in der »Actas millenaria«, von Tinkhausen in der Beschreibung der Diöcese Brixen, Bd. I. S. 441—446 und von Albert Jäger in der landständischen Verfassung, Bd. I. behandelt worden, da jedoch diese Bücher nicht allen Freunden der Geschichte des Benedictinerordens zu Gebote stehen, so dürfte gerade für diese die Veröffentlichung einer gedrängten, neuen Bearbeitung in den »Studien« nicht überflüssig sein.

³⁾ Das Dorf Scharnitz liegt kaum eine Viertelstunde von der bairischen Grenze. Einige neuere Forscher, unter anderen J. Baader in seiner Chronik von Mittenwald, Nördlingen 1880, meinen, das Kloster sei eher in der bairischen Scharnitz, zu Klais, als in der gegenwärtigen tirol. Scharnitz gestanden.